clundantur, Cui promulgationi nec Sigismundus clarae me-
moriae Parens noster, neque etiam nos ipsi in parte de ele-
ctione Episcopi Varmien. derogare unquam potuimus,
Prutenis qui in Prussia non in Polonia nati sunt, in Po-
lonia magistratus et dignitates attribui. Quare videant
qui sit            Cromerum, cum sit Polonus, ob eam ta-
lem Causam, quod in Polonia non in Prussia natus est, ab Epis-
copatu repelli, atque ea res in eo pertinet, ut caetera
ipsius parti Articulos abrogari, atque infringi velimus.
Tantum enim abest, ut id in animo habeamus, ut nunquam
ut etiam caetera eius ipsius parti jura, et
Articulos, et reliquas Ecclae Varmien. libertates, et
Privilegia, in suo robore, atque firmitate conservaturos,
polliceamur. Atque etiam ipsum et a Pontifice
maximo Capitulo Varmien. praemissum esse accepi-
mus. Quae cum ita se habeant, et cum in eam re-
re Pontificis maximi nostrumque ac Collegij Cardinalium
Concors studium atque voluntas. Cumque ipse Ponti-
fex maximus magno Consensu, acclamatione Cardi-
nalium Collegij, nec aliud in Cromero citra virtu-
tem ac pietatem spectans nobis imprimis rogantibus

eundem